Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8136
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mechanice que subeis de continet et secundum eius ordinacionem
ut premittitur est operandum. Hec tabula septem donorum
spiritus sancti. i. septem artium liberalium gratie spiritus sancti artes liberales
artes exceptive artes mechanice sequitur tabula etc.

Gracie sancti spiritus	Artes liberales	Artes exceptive	Artes mechanice
Intellectus	Gramatica	Nigromancia	Lanificium
Fortitudo	Dyaletica	Aerimancia	Theatrica
Consilium	Rethorica	Piromancia	Fabrilis
Sciencia	Arismetica	Ciromancia	Venatica
Timor	Geometria	Geomancia	Agricultura
Sapiencia	Astronomia	Geoneya	Medicina
Pietas	Musica	Ydromancia	Navigacio

Incipit tercia pars que est de mirabili revelacione divi-
sione et confirmacione et figura huius anuli sanctissime
gloriose virginis marie primum capitulum sequitur

Florenti namque summe contemplacionis ferventissimo studio
puerentis aut spiritus sancti a patre et filio procedentis gratia sug-
gerente et mirabiliter ministrante celestisque desiderii ardore
continuo prevalente salutis aratro quodammodo ame et mea
sorore ex tam legitima iam dimissa et postea ipsa monicione
premissa virginis gloriose iterum a nobis similiter ut prius eque sancte
caritatis vinculo insimul colligatis et freno sancte obediencie
et humilitatis coartacione iam positis et constringentibus iter-
que nostrum dirigentibus resumpto die Iohannis septimo kalendas
octobris anno predicto in carnacionis dominice circa auroram
in sompnis in extasis divinitus positus post transitum volatus aquarum
multarum et vallium villarum a civitate carnocensi a parte sep-
tentrionis iuxta magnam ecclesiam inceptum et assumptum versus
orientem post maximos labores et certamina ut maxime
certamine obtentum contra illos qui dicebant scientiam istam esse
fantasticam dicto volatu descendens ad terram iuxta quandam ecclesiam